

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 03 : De Memnone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 03 : De Memnone](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 04 : De Memnon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 03 : De Memnon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 03 : De Memnone, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/875>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4

Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Memnon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Quæque pluvia denuo levigatae sunt
Non diuerrit, non impetrat, nullus quæque
tempore dura, dilatetur, nisi dilatetur dilatetur.
Qua gaudet mortale genus, vitare nec illius.
Conspectum vult divus tuum. cum fluctibus exis.
Exutis & somnum ciliis, latitatur ubique
Serpentumq; hominumq; genus, volucresq; serpentesq;.
Quæque colunt altas spumos marmoris vndas.

Hec illa sunt, quæ de Aurora fabulose prodita sunt ab antiquis. Hanc Thiz & Hyperionis filiam arbitrai sunt illa de causa, quis divina bonitate ita suauitatem lux è sole ad mortales manet, quid enim commodi habemus, quod hominibus à Deo non sit? Hanc alii Terra filiam & Titanis, alii nuntiam Titanis vocarunt, & ex oceano emergere crediderunt, quis nauigantibus ex vnda, aut in planicie existentibus è terra exire appareat, & è luce solis quem antecedit. Nam oculorum acies ad certum interuum pro facultate naturali locorum distantiam metiri potest, at hallucinatur præterea ob inscenesciam & ob molem aeris inter aciem & distantia corpora interiecti, quæ spectantur, quare si quid longinquum metiri velimus, adhibenda sunt optice instrumenta, aut aliqua oculorum aciem adiuuanta & coarctantia. Efficit igitur turbidi aeris natura & surgentium assidue vaporum ut candida lux solis his interiectis, cum tenuis illa adhuc sit, ut rubicunda & rosea Aurora videatur; quare roseum colorē, & roseos digitos & auream sedem, & rubentes equos illi attribuerunt, qui uidem sunt & solis, propter celeritatem motus illi currus concessus est. Hanc niueos equos habere alii dixerunt, non ad surgentes vapores, sed ad ipsius lucis natum intuentes. at nunc dicatur de Memnone.

De Memnone.

Cap. III.

30

Memon fuit Aurora Tithoniæ filius, qui habuit fratrem ex iisdem parentibus Emathionem, ut ait Apollodorus lib. 3. Hesiodus in Theog.

Tithonē δὲ τοις πάντας χαλκευτής,
Αἴθιος δεκτός, καὶ καλύπτεισται.
At Aurora parit Tithono Memnona fortē,
Aethiopum Regem, Regem simul Emathionem.
Hunc natum esse Thebis tessellatur Dionysius in Situ orbis in his;

Δέσμος θεοῖς οὐδὲ λαβεῖται,
Δέσμος οὐδὲ λαβεῖται, οὐδὲ γενεῖται
Μίαντος αὐτούς οὐδὲ διαφέρει, οὐδὲ
Nam quicunque colunt Thebas & moenia clara,
Thebas ogygia He stompylas hic ubi Memnon
Surgentem capit Auroram complexibus arctis.

40

Strabo tamen lib. 15. Cissiam marrem Memnonis vocatam fuisse scribit. Hunc Aethiopum fuisse Regem, & ex Aethiopia ad bellum Troianum, vel potius è Sulis Persarum civitate venisse ait Paus. in Phocenium rebus nam omnes illas nationes Memnon ante bellum Troianum debellauerat, quæ medie fuerunt usque ad fluvium Chœaspem. Memorix prodidit strabo

Vñ 2 lib.

Mythologiar

lib 16. non procul à Ptolemaica ciuitate Aegypti, in yrbe Abydo fuisse regiam Memnonis mirificè è lapide totam extactam, & Labyrinthum proximatum eiusdem operis, quem Memnonium vocarunt. Hunc ad bellum Trojanum Priamo opem ferentem accessibile conitac, qui fortiter singulari certamine cum Achille commisso occubuit. Hic ubi fuit percussus, fons scaturit, de quo aquam sanguineam fluere dicebant quotannis, quo die ille fuit cæsus, ut ea carmina tellantur Calabri;

10

Οὐτού τοι σφραγίδων τραφέρεις ἀποκατέτελε πάν,
Οὐκέτι μέσοντι φέρεις ἀπόρρεις. Οὐδὲ, εἰπε
Καίθεν.

10

Sanguine qui tinctus sicutentes alluit agros,
Memnonis ut lux eit tristis , qua concidit ille .

Ferunt illum post eadem apud Palcum Syriz iuxta Badum flonium fossile sepulcra, ut scripsit Simonides poeta. Atque supra Aescapi ossia humatum fuisse testatur Strab. lib. 13. quare vicus qui proximus fuit, Memnonius vicus dictus est. Scriptum reliquit Paul. in Laconie & Memnonisensem totum ex ære fossile Nicomedie cum hasta, que imas tantum partes, & cuspidiem arcis haberet, in templo Aesculapii depositum. Fuerunt qui dixerint Auroram imperasse à Ioue, ut cum Memnon rogo imponeretur, vertiretur in aëm, quod etiam contingere dicitur, ut ait Ouid. lib. 13. Metam.

30

Memnonis orba mei venio : qui fortia frustra
Pro patruo tulit arma suo , primisq; sub annis
Occidit à forti, sic Dii voluitis . Achille.
Da precor huic aliquem solatia mortis honorem ,
Summe Deum rector, maternaq; vulnera leni.
Iupiter annuerat, cum Memnonis arduus alto
Corruit igne rogas : nigrique volumina fumi
Infecere diem : veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas , nec sol admittitur infra .
Atra fauilla volat, glomerataq; corpus in vnum
Densatur, faciemque capit, fumiique colorem
Atque animum ex igni, leuitas sua præbuit alas .

40

Dicitur sunt & alii complures aues Memnoniz vocatæ ex eodem rogo existentes, quæ inter se pugnantes in rogam relapsæ pro inferis se Memnoni consecrarent. Theocritus ipsum etiam Memnonem in auem mutatum circa rogam volasse, rogamq; lustrasse commemorat in epitaphio Bionis, cum de cæde queretur, ut sit in his.

и въ този градъ се намира старата чешма.

Non sic Aurora natum in conuallibus iniis

Memnonis est tumulum lustrans conquesta volucris.
Scriptum reliquit Lucianus in Philopseuso miraculum illud statu Memnonis fuisse celeberrimum: quippe cum statua illius, quæ fuit in templo Serapidis in Aegyptiis Thebis erexta, sponte sua cum radiis solis tangenteret suauem sonum emitteret; atque nescio quid lacrymabile sub solis occasum, cum matris aduentu letari, trillari discessu putaretur. ut restatus est etiam Corn. Tacit. Hanc statuam etiam reddere responsa consueuisse antiqui dixerunt. Fama est statuam ipsam nigri lapidis fuisse, quæ sonum illum emit-

teret. Scribit Serabo lib. 17. se Thebas in Aegyptum aliquando contendisse, ubi duo altissimi erant colosii ex integris lapidibus inter se propinqui, quorum alterius superiores partes iam corruerant ob terramotum: hucus pars illa que reliqua erat super base, circiter horam primam, ut inquit, somnum emulit haud quaquam magnum ingenti praesente multitudine. Sic enim erat artificiole in ipsa base incisa. Neque hoc erit sane incredibile, si quis quanta vis sit scientiae cognoverit, aut si Thebanorum sacerdotum præstidam in astronomicis philosophicis rebus intellexerit. Non enim illi inter se certa immundissima, neque inter lurcones vino graues maiorem zratis partem degebant; sed quod reliquum erat temporis ab administratione sacrificiorum, si totum in honestissimis rerum vel naturalium vel diuinarum studiis contemplationibusque transigebant. Atqui Zez. chil. 6. hist. 64. Cippū ait vocatum tuille Memnonem ab Aegyptiis, & columnam rubri varii lapidis fuisse, quæ sonum illum emitteret; ixcum quidem per diem, quia legitatur matris præsencia, at lugubrem per noctem, quia doleret illius discessu. Alii sane scriptores à Zeze dissentunt, quia Memnonem in Ilio fuisse sepulatum, at non in patriam relatum crediderunt. Atque tot sunt dicta fabulosæ de Memnone. Memnonem Autore Tithonique filium fuisse dixerunt, qm̄ is in Orientis regionibus imperauit, quando & Orientem Aurora nomine vocauit aliquo Latini, ut est id Virg. in lib. 8.

Hinc ope barbarica, variisq; Antonius armis
Victor ab auroræ populis.

Quod i dictum fuit, quæ sub ortum solis, & auroræ ipius tempore lenis aura plerisque oriatur; nam parus aura Aurora dici videtur. Quod ad Troiam militauerit, quod exsul fuerit ab Achille, quod honorifice sepultus fuerit, id tocum non abhorret ab historiæ. Quod vero aues ex illius rogo euolauerint, illaque immortalitatem Aurora impetraverit à Iove, quid aliud est, quam antiquorum poetarum adulatio? nam illi ut propinquorum Regum gratiam aunciparentur, eternam & immortalē gloriam futuram ipsorum Regum dicebant, & quæ in omnes nationes perueniret, multaque fabulosis ornamentis, suavitateque orationis, tanquam horrenda pharmaca suo iuribus rebus conduierunt, ne simplex adulatio nauseam auditoribus moueret. Quæ ad eius itarum mirabilitatem spectant, antiquorum atque præstantium patescunt, qui & colosii incredibilis magnitudinis, ac artificii, & columnas admirabilis tum ponderis, tum etiam incisarum figurarum artificii, non solum exaserbant, sed etiam in longinquas regiones exportarunt. Tanta vero fuit in coniungendis lapidibus scientia, ut vel diligentissime rimantibus, nulla appareret coniunctio, quare præclarè dictum est in eam pyramidem, quæ fuit ex Aegypto Romanam comportata;

Si lapis est unus, dic quæ fuit arte levatus.

Si duo, vel plures, dic ubi congeries.

Quod ad mores, vitaque institutionem attineat, nihil in Memnone esse cōspicio, quare tota serè est historica explicatio. At nunc de Tithono dicamus.

De Tithono.

Cap. 1111.

Tithonus, quem ob corporis elegantiam, amatum fuisse ab Aurora inquiunt, Laomedontis fuit filius, fraterque Priami, ut fama est: cum tamen